

ducens, et ad officia nostra adimplenda a regulis nostris imposita, in eo ponere debemus, quod omni cum diligentia laboremus ad magnanimitatem animi consequendam, ita ut, omnes tribulationes patientia et firmitate sustinere possimus; ita tantum, digni erimus tamquam Joseph, præmium illud consequendi, quod tribulatis tantum permititur; beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Jam vero, per amorem erga hunc magnum sanctum, et quia filii ejus sumus dilectissimi hoc Institutum suum efformantes, quod ambæ familiæ josephinæ componunt, thessera nostra sit, dolor et animi angor; submissio et conformitas cum divina voluntate, usque dum vere dicere possimus: Deus, Deus meus, volo pati et contemni pro te.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Et sperant in te qui noverunt te immaculatum. * Quoniam non dereliquisti quærentes te immaculatum. V Psallite Domino Josepho qui habitat in Sion, annuntiate inter gentes studia ejus. Quoniam non . . .

LECTIO III.

Dominus Sanctus Joseph Pater virginalis Jesu.

Quoties super Encyclicam cui titulus "*Quamquam pluries*," a sapientissimo Pontifice Leone XIII circa Patrocinium Sancti Josephi editam, mentem attente revoco, toties emiratus profunde consto, et veluti majori gaudio possessus, dum Josephum Mariæ fuisse Sponsum, Jesuque Patrem, lego. Valde, si prudentem Pontificis argumentationem, sequamur, mirifice tractatam, nec non in dicendo

copiosam, miremur; et si ex una parte mihi hymnus Sancto Josepho laudis videtur, alia ex parte meipsum confirmo Pontificem per inspirationem scripsisse coelestem. Et si quis verum hoc non credit esse, ut integram legat Encyclicam prænuntiatam; verum hoc est unde quasi per caliginem novos ad majorem Sancti Josephi gloriam et honores horizontes videremur, et quasi ab ipsa manumittamur ad Sancti Josephi similitudinem faciendam quantum fas est inter coeteras Sacræ Familiæ Personas. Verum est hoc, unquam, quod nobis tempora jam venerunt, ab hominum coetu Sanctum Josephum auferendi, et etiam quasi inconscientes ad immaculatæ suæ conceptionis studium impellimur. Venite ergo omnes, Josephum dignissimum Mariæ Sponsum adorantes seu venerantes, quoniam ipse Deus eum honoravit summam dignitatem ipsi Josepho largiens, Josephum adoremus, quoniam dignitas Josephi unica est causa qua Pontifex ipsi Ecclesiæ defensionem commendavit; adoremusque eum, demum, quia est virginalis Jesu Pater.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Tu qui exaltas me de portis mortis, ut annuntiem omnes laudationes tuas usque ad portas filiae Sion. * Miserere mei Domine Joseph. V Quoniam requires sanguinem eorum, non es oblitus clamorem pauperum. Miserere . . .

—DIA 18 DE JULIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Cogita quanta reverentia et quanta puritas men-

tis et carnis et affectus erat semper necessaria ipsi Josepho in assiduo et immediatissimo atque sacratissimo convictu, colloquio, et ab spiritu Jesu vigilantis, dormientis, comedentis prope. Ipsum et Matrem in eodem parvo tugurio habens. Necesse est virum fuisse admirandae gratiae et virtutis; primo quantum ad matrimonialem unionem; secundo quoad continuam cohabitationem; tertio quoad sedulam administrationem — *Bern. de S.* — Dignitas Sanctissimi Josephi ita est magna, optima et suprema ut petat operationes supernaturales, quae inconjunctibiles sunt cum peccato mortali, cum peccato veniali, cum ali- que imperfectione, et a fortiori cum peccato originali; quia in divino Josepho per suam dignitatem existit revera aliqua participatio naturae divinae. — *Jos.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R De nostris filiis et filiabus tuis, o dilectissime Pater noster Joseph *Nemo cui vocationem concedatur nisi per te, o castissima. † Nemo cui donec tur gratiae aeternae gloriae, nisi per te, honestissime. Nemo....

LECTIO II.

*Quia multum cognovit de Jesu multum pro
— Jesu laboravit. —*

A Deo Sanctus Joseph fuit vocatus vocatione supra modum privilegiata, usque gradum illud quo Aeterni Patris vicea gerebat. Sed in ipso fastigio ad quod evehctus fuerat, exclamabat: Ecce famulus Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Intelligentia sua in dies nobilitabatur, luces tam fulgentes erant, ut suis nimis explendoribus, aliquando videbatur, al-

tissima Virginis Matris mysteria suo in judicio obumbrare. Omnia de Jesu cognovit, et hac de causa, omnia pro Jesu operavit. Pro Jesu humiliabatur profundissime; pro Jesu cum Deigenitrice manere credebat non posse; pro Jesu a divina Paternitate denudare se volebat; pro Jesu se cum divina Dei voluntate amplectebat; pro Jesu digne et competenter illa cum virtute sibi comissa perficere; pro Jesu unica erat sua cogitatio eum defendere et protegere; pro Jesu summo cum amore operabat, nec non vigilantia supra modum exquisita; pro Jesu omnia quae ad vivendum necessaria sunt multis fatigationibus ad Sacram Familiam procurabat; et pro Jesu ei sufficiebat eidem servire et sanctissimæ ejus Matri.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Cognoscetur Dominus judicia faciens. *In operibus manum suarum comprehensus est peccator. † In laqueo isto quem absconderunt comprehensus est pes eorum. In operibus....

LECTIO III.

Nativitas Domini nostri Jesu Christi.

In diebus illis, exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describerentur universi Imperio Romano populi subjecti. Joseph cum Maria ascendit a Galilæa in civitatem quae vocatur Bethleem, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore. Cumque ibi venissent, dumque Joseph habitaculum exiit ad quaerendum, responsum accepit, hospitium non esse illis; ostiatim efflagitat parvum spatium ubi commoret, et quando ab omnibus expulsus fuit, de civitate

exiit, et in rure speluncam invenit, in qua suam Sponsam protinus invitat ut ingrediatur, valde satisfactus, quod divina Providentia locum illum illis pararet, quo frigus non sit molestum. Et tunc, media nocte, cum stellæ plus solito fulgent in coelo, inter lucium mare, et inter Angelorum suaves sinphonias, natus fuit ab ipso utero Mariæ Filius Dei. Tunc immaculatus Joseph, tamquam virginalis Pater, procidens adoravit eum, postea brachiis suis cum adstringit, eum osculatur ter quaterque omni suæ dilectionis affectu, ut si cum sui amoris divina flamma, frigus ab infantulo voluerit abigere. Pastores veniunt, et Joseph ut Pater juxta Jesum stat: Magi apud Puerum procidunt eumque adorant; etiamque virginales ejus parentes, Mariam et Josephum adorantes; Joseph denique abreptus animi sui cum alienatione et magna letitia, tamquam Jesu Pater omnia operatur, et voluntas fit.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Omnes gentes quae obliviscuntur immaculatum Josephum. *Convertentur in infernum, atque infixæ sunt in interitu quem fecerunt, ¶ O S. Joseph exultabo in salutari tuo. Convertantur....

—DIA 19 DE JULIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Actiones petitæ ab stato Josephi, debent esse propriæ ipsius status, debent esse actiones supernaturales; quia actiones ipsæ et officia sunt debita, unioni hypostaticæ, et ad hanc per se ordinatæ; ergo noster

divinus Joseph fuit ab initio sui esse revera immaculatus, alioquin ejus actiones non essent supernaturales.—*Jos.*—Status a dignitate S. Josephi constitutus per se exigit ne imperfectus sit; exigit etiam ut ejus operationes sint supernaturales; ideoque revera supponit in nostro divino Josepho, conceptionem suam revera esse immaculatam.—*Jos.*—Erunt igitur in ambobus, Maria et Josepho, perfectiones coeterorum rationabilium et angelicorum, eminenti quodam modo reperibilium.—*Ger.*—Ex dignitate Joseph colligi possunt omnes virtutes, sicut ex dignitate Mariæ; ergo sicut Maria sine labe originali fuit concepta, sic etiam ejus Sponsus Joseph.—*Jos.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Omnia admirabilia sunt Joseph Patri Dei. *Omnia ingentia et aliorum vires superantia. ¶ Propter potentissimum patrocinium tuum erga nos filios tuos. Omnia....

LECTIO II.

Noster immaculatus Joseph fugit in Ægyptum.

Cum Reges Magi postquam Jesum adoraverunt, responsum acciperent in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Tunc Herodes, iniquus rex, nefarius et pessimus, zelis stimulatus, ira correptus, quoniam vidit se illusum a Magis, et diffidens, ne puer in Bethleem recens natus, dum in annis cresceret, aliquo die a solio protuberare potuerit, atque e manibus suis reale raperet sceptrum, misit, et imperavit occidere omnes pueros, qui erant in Bethleem, et in omnibus finibus ejus, a bimatu et infra. Edicto

edito, statim in executione positum fuit, tamquam flumina innocentium sanguinis efformat decurrentia, et e matrum suarum sive afflictarum ablacti, usque ad coelum haec matres ululatus suos extollunt, vindictam clamantes. Impius Herodes, Jesu inferre mortem credebat, sed Pater ejus Joseph eum salvat, nam angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Surge, et accipe puerum et Matrem ejus, et fuge in Ægyptum. O dolor in corde Joseph! o afflictio quae animam suam occupat! quomodo Sponsae suae tam tremens factum transmittere! quae notitia in Ægyptum fugiendi! quomodo fugere! et ipse Deus Omnipotens fugere! et a parvis reguli iris fugere! Tamen, non cogitat Joseph, nec recogitat, nec remorat, sed statim obedit, viam quae ducit in Ægyptum, accipiens. Obedire ab immaculato Josepho discamus, obedire, semper in omnibus quibus non est peccatum obedire. Amen, amen, amen.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Non in finem oblivio erit pauperis tuam immaculatam conceptionem defendentis.*Patientia istorum non peribit in finem. V Exurge, Potentissime Joseph. Patientia....

LECTIO III.

*Septem annis permansit in Ægypto
—immaculatus Joseph.—*

Absque dubio in corde nobili, quod magis dolet, est fatum; a chara Patria amandatio, et in terra extranea permansio, in pectore nostro omnem renitentiam necet, omnemque letitiam venenat. Absque dubio Joseph, tales debuit impressiones experire,

pro Jesu majorem sentiendo afflictionem, cujus vitæ carior erat, et preciotio, quam hujus mundi omnia, et quam ipsa sua propria vita. In Ægypto Sacra Familia sustulit fames, sitim, et adhuc omnium rerum privationem necessariorum. Hac de causa Joseph quietem non invenit, omnes sui cogitationes circa Jesum Filium suum, et Mariam ejus Sponsam sunt; nullam prætermittit diligentiam, nec fatigationem, ut illis necessarium non deficiat, atque honorati debite sint, et eum omnis renitentis divinæ ejus Sponsæ affectuosus, nec non osculis Filii sui Jesu, feliciter et infinite compensatus se credit. Hoc modo sanctissima sua vita processit, usque in diem illum quo Angelus Domini in somnis ei nuntiat, ut redat in terram de qua egressus fuerat jam enim monstrum quod quærebat animam pueri defunctus erat. Quis lætitiæ nostri Sanctissimi Josephi capax erit explicare? In oblivione omnes suas ærumnas amittit, et oculis suis in blandiori tempore venturo positus, surgit, accipit Filium et Matrem ejus, et in Nazareth redit, et operam iterum dat, ut Sacra Familia protegatur atque salvetur. Talis vita Josephi fuit plus quam triginta annorum; scilicet, semper ut dignissimus Mariæ Sponsus operando, tamquam Jesu Pater agendo, adeoque semper tamquam custos et Sacræ Familiæ protector faciendo omnia.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Exurge, Domine Joseph, ut non confortetur inimicos tuos.*Judicentur omnes in conspectu tuo. V Constitue tibi ipso legislatorem super sanctitatem tuam, ut sciant omnes quoniam homines sunt. Judicentur....

—DIA 20 DE JULIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Sanctissimus Joseph non niteret majori puritate sub Deo et Virgini possibili, nisi a dignitate paterna formaliter sanctificaretur; sed Joseph nitere debet majori sub Deo et Virgini puritate possibili, ut similitudinem et convenientiam exprimat talis Sponsi ad talem Sponsam: si enim non polleret tanta puritate non esset similis puritati Mariæ.—*Eguiara.*— Videtur non posse negari, quod melius exprimeret S. Joseph similitudinem et convenientiam talis Sponsi ad talem Sponsam, sine labe originali conceptus; ergo dicendum est ita fuisse de facto sanctificatum.—*Jos.*—S. Josephi dedecus cum originali redundaret in dedecus Jesu et Mariæ; ergo Joseph cum labe conceptus, per hunc peccatum redundaret in dedecus Jesu et Mariæ; sed dignitas S. Josephi ex se pugnat moraliter cum dedecore Jesu et Mariæ; ergo pugnat in Josepho peccatum originale.—*Jos.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Fecit tibi magna qui potens est Pater Dei.*
Data est tibi omnis potestas in cælo et in terræ. †
Nihil tibi impossibile ad tuum sanctum Institutum perfectissime perficiendum. Data....

LECTIO II.

*Constituit Josephum Dominum domus suæ
Dominus.*

Dominus illa cælestis cui Joseph nomine Dei præcivit, eunabula Ecclesiæ germinans fuit; et si

DIA 20 DE JULIO

705

Maria Jesu Mater, vocatur etiam christianorum Mater, eorumque auxilium ita de Josepho sentire debemus, quia tamquam Jesu Pater, vocari debet quodque christianorum Pater, eorumque erit auxilium atque refugium. Maria christianorum Mater, omnes accepit nos filios per adoptio in Calvario, inter Redemptoris agoniam dolores, dum Filius omnes illi commendavit, in persona sui dilectissimi discipuli Joannis; ipsoque modo, Joseph christianorum omnium est Pater, non modo quia Pater virginalis est Jesu, sed etiam quia nos in vita et in morte adoptavit, et ut dicam uno verbo, Maria et Joseph omnium christianorum parentes sunt, nam Jesus divinus eorum Filius, illorum est primogenitus, quia ab ipso redempti, fratres eius sunt per adoptionem. Ex omnibus jam dictis liquet, non modo Mariæ, sed etiam Josepho commendati fuerunt omnes christiani. Adeoque, nunc convenientior est et dignum, Joseph Ecclesiam patrocinari, et modo specialiori si ita loqui fas est, nostrum parvum Institutum suo sancto nomini dicatum esse.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ut quid Domine recessisti longe, despicias in opportunitatibus, in tribulatione.* Dum superbit inimicus tuus incenditur pauper tuus deffensor. † Comprehenduntur in concitiis quibus cogitant Deum.—
Dum superbit....

LECTIO III.

*Angelus Domini nuntiavit Joseph, et Verbum
—caro factum est.—*

Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis festività quæ die vigesima quinta Martii annue colitur, ad
Piissima

memoriam nostram revocat, aliam quæ bene similis fieri esse poterit dum de Josepho agitur. Mariæ festivitas nescimus quando fuit instituta, quamvis concludere potuerimus in ipsa Virgine initium habuit, quæ dum in mundo vitam egit, sin gulis annis die vigesima quinta Martii, devote magnum Incarnationis Domini mysterium renovabat, perpetuamque Apostolis commemorationem commendavit, ut festivitatem suam in novis Ecclesiis instituerunt. Præterea desponsatus sicut erat Joseph cum Maria, volensque Deus illam et non aliam selectam fuisse ut Deigenitrix esset, liquet, hoc non in sola illa accidisse, sed in omni matrimonio; ut matrimonium ex Maria et Josepho constabat, ita ambobus Angelus nuntiationem debuit facere, quia non solum Maria consensum dedit, sed et necessarius fuit Josephi consensus, amboque convenire debuerunt ut essent Jesu parentes; ambos Spiritus Sanctus incarnati Verbi parentes debuit facere; ambobus in justitiis debuit Spiritus Sanctus quiescere; et si Maria in utero suo concepit et peperit Jesum, hic Filius debuit esse Josephi, unde concludimus, Verbum carnem non factum fuisse in Maria, nisi postquam Angelus hoc Josepho nuntiavit.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quoniam laudatur inimicus tuus in desideriiis animæ suæ, benedicitur.* Non est Deus in conspectu eius, iniquitates sunt viæ illius in omni tempore. V Exacerbavit ille, peccator, et secundum multitudinem misericordiæ tuæ. Non est....

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Maria de qua natus est Jesus, sicut fuit in utero sanctificata priusquam nasceretur; ita de Josepho virginali viro suo pia credulitate credi potest quamvis non omnino similiter.—*Ger.*—Videtur mihi, dissimilitudinem in eo stare, quamvis Maria et Josephus numquam contraxerunt peccatum originale; nihilominus post exceptionem: peccati, sicut Jesus accipit gratiam revera infinitam, et Maria gratiam aliquid modo tantum immensam; Josephus vir accipit illam in minori gradu; quia sic importat dignitas S. Josephi.—*Jos.*—Decebat ut Josephus futurus Dei Pater statim in primo instanti sui esse, revera absque macula originalis peccati esset.—*Jos.*—Dignitas S. Josephi ratione paternitatis Dei excludit peccatum originale; quia præsentia actualis ipsius dignitatis fundare debet condignitatem exclusivam peccati originalis; quia peccatum semper peccatum est.—*Jos.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Accedis, potentissime Joseph, ad illud aureum reconciliationis humanæ altare.* Non solum rogans. V Sed etiam imperans ut Pater Jesu. Non solum....

LECTIO II.

Dilexit me immaculatus Joseph et tradidit semetipsum pro me.

Ærumnarum Mariæ, Josephi et Jesu causa, pec-

catum est; Joseph a primo suae immaculatae conceptionis instanti seipsum agnovit, Deum Creatorem suum cognovit, quod a Deo acceperat agnovit, suae vocationis excellentiam ut esset Virginis Isaiae Sponsus, atque virginalis Jesu Pater, agnovit; quod Jesus erat verus Mesias, qui venit ad salvandos omnes a peccato ejusque conseetariis, tamquam Salvator et Redemptor agnovit. Postquam decem et novem annii transierant, proprius erat momentum quo Maria ventura erat, et tamquam Isaiae Virgo, ab ipso suae immaculatae conceptionis momento seipsam agnovit, Deum Creatorem suum, quod a Deo acceperat, vocationis suae excellentiam ut esset Mater et virginalis Jesu Filium suum Verum esse Mesiam, qui ad salvandam omnem creaturam venerat, a malis quae peccatum generarat, tamquam suus Salvator et Redemptor; omnia haec Maria agnovit. Quae cum ita sint, Joseph et Maria praelecti fuerunt per modum unius ad efformandam generis humani salvationem. Ergo, si Jesus nos dilexit seipsum pro nobis tradendo, certum est, Josephum et Mariam nos quoque dilexisse, nobis se tradendo ad nostram redemptionem. Et hoc fecerunt, non modo dum nobis filium suum Jesum tradiderunt sed etiam in sua fervente oratione, postquam afflictiones nostras conspexerunt, seipsos pro nobis dilectis suis filiis tradiderunt tamquam membri hujus Instituti quod ipsi in diebus nostris fundarunt.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

¶ Dixi inimicis tuis in corde suo, non movebor a generatione sine modo.* Auferentur judicia tua a facie omnium. ¶ Cujus est. Auferuntur....

LECTIO III.

Adam et Heva mille gratias, Joseph et Maria millia millium gratiarum acceperunt.

A Deo nostri protoparentes creati, puri et sine macula facti fuerunt; jure merito dum Jesu Parentes conditi fuerunt, Joseph et Mariae contigit; nam non modo supervacansum verum Satanae halitum fuit, conantem virginalis Mariae lilium maculare, quoniam Augusta Trinitas omnino id colendi totis viribus incumbere, adeoque concepta sine originali peccati labe fuit, sed etiam idem cum Josepho accidit quatenus, Altissimi intererat, talem Josepho perfectionem ferre, ut ipsam ornare poterit, gratia sine originale labe conceptionis, sub hoc aspectu manens absolute aequalis Mariae. Quominus Maria hujusmodi gratia digna fuit, uti Jesu Mater, Joseph similiter ipsius dignus fuit, tamquam Jesu Pater. Hac de causa ei data est major gratia, major sanctitas, major potentia, majorque puritas. Dicamus semper et omni loco; vivat, vivatque Joseph; vivatque Salvator Salvatoris mundi Joseph; vivat, vivatque dignissimus Sponsus Mariae Joseph; vivat, vivatque Joseph, Jesu Pater immaculatus Joseph.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Joseph vir Mariae de qua natus est Jesus qui vocatur Christus.* Cum esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph. ¶ Inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. Cum esset....

—DIA 22 DE JULIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Dignitas Sanctissimi Josephi est conjunctio moralis, et quidem ordinis hypostatici, ipsius cum Deo; nam vi ipsius dignitatis factus est caput familiae Dei hominis; ergo ex se moraliter opponitur peccato originali; ergo fuit noster divinus Joseph sine labe originali conceptus.—*Jos.*—Conjunctio hypostatica physica et humanitatis cum Deo opponitur peccato originali: conjunctio hypostatica Sanctissimae Virginis Mariae cum Christo Domino vi maternitatis opponitur peccato originali; ergo conjunctio ordinis hypostatici Sanctissimi Josephi cum Christo Domino, quamvis sit infima in eo ordine, opponi debet omni peccato actuali, etiamque peccato originali.—*Jos.*—In Christo fuit plenitudo gratiae sicut in capite fluenti, in Maria vero sicut in colle transfundenti; in Josepho autem sicut in concha ex qua in nostris diebus recipit innumerabiles et potentissimas gratias omnis Ecclesia catholica.—*Jos.*—Dignitas S. Josephi moralem habet oppositionem omni peccato.—*Jos.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Ecce venerandus Dominus Joseph *Eo ipso quo factus est Deo Patri comparens, verique Dei virginalis Pater. ¶ Es tu revera quodammodo infinitae Deitatis, et aliquam habes divinitatem. Eo ipso....

DIA 22 DE JULIO

711

LECTIO II.

Adam et Heva mille gratias, Joseph et Maria millia millium gratiarum acceperunt.

Admodum Adam et Heva beati fuerunt paradisi habitatores, ita Joseph et Maria in cordis Jesu paradiso habitabant; nam ambobus Altissimi voluntate et tamquam Jesu parentes convenit, ut immaculati omnino sua in conceptione fuerant, quoniam Unigeniti sui parentes, humana natura in illis tali modo ornata permanens, ut omnes dotes atque quas suo cum peccato pulchritudines perdidit Adam et Heva, habuerunt. Hac de causa Augusta Trinitas ita has duo sublimiores creaturas similes effecit, ut eorundem animas, corporaque decoravit illis dotibus quibus in innocentiae statu Adam et Heva potiti fuerunt. Maria et Joseph tam nobiles creaturae sunt, quæ hoc ipso digniores glorias Domini fuerant, ita nostri protoparentum innocentiam consequentes; ad sacrificandum, tamquam Altissimo Sacerdotes, creaturae fuerunt digniores, quoniam integritatem virginalem quam Aaron et Levitis defuit, possiderunt; aptiores fuerunt et opulentiores creaturae, nam obtulerunt præmium salvationis nostrae infinitum Deo, Filium suum divinum Jesum; atque illi soli eum offerre potuerunt, interea coeterae creaturae tantum agnos et thaurus oferebant. Quare Josephum et Mariam diligamus; eosque toto corde, et tota anima diligamus, quia duae fidelissimae creaturae fuerunt sine macula originali conceptae.

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Testimonium in Joseph possuit illud.* Quia

conveniens fuit ut Joseph ipse esset domesticus virginitatis testis suae Sponsae Mariae. ¶ Magis quam sexaginta fortes ex fortissimis Israel. Quia conveniens....

LECTIO III.

*Ii sunt filii mei dilecti in quibus mihi
—bene complacui.—*

De Josepho et Maria sermonem faciens, affirmare debemus, ut quemadmodum de Jesu Pater Aeternus ait: hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ita simili modo de purissimis suis parentibus, Maria et Josepho dicit. Si Dominus Omnipotens dum Adam cum Heva conjunxit finem habuit ipsorum animae pulchritudinem ostendendi; ita modo specialiori contigit dum Mariam et Josephum crearet, suos fidelissimos servos; et eo magis, quo Adamus atque Haeva Deo displicuerunt sed e contra, Maria et Joseph, tali modo Deo placuerunt, ut ipse ipsorum causa se super humanitatem delapsam placavit, medio Jesu Filio suo primogenito. Felix Adae culpa, quae nobis tales parentes meruit, ut ex illis Salvatorem omnis generi humani germinavit! Si melius novum animarum Josephi et Mariae paradissum perscrutaremur, diceremus, ut ex pulchritudo omnium creaturarum, invisibiles pulchritudines inferre possimus, adhucque haec illis praecellerunt, eo modo, quo lux tenebris praecellit. Protoparentes nostri, una cum suo peccato, propter culpam summam spiritus tranquillitatem amiserunt, ad perfectissimum animae potentiarum ordinem debitum, adeoque cæteras concordiae, pacis, atque immutabilis gaudii coelestis laetitiae atque perfectae harmoniae perfectiones perdiderunt. Sed Joseph et Maria sine

labe originali concepti omnibus gratiis praediti fuerunt. O felix culpa!

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Fuit divinus Joseph individuus comes et particeps laborum virginis.*Fuit testis fidelis puritatis ejus et nativitatis Domini. ¶ Fuit testis factorum Domini Jesu usque ad trigessimum aetatis annum. Fuit fidelis....

—DIA 23 DE JULIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Dignita, Sanctissimi Josephi per se quidem fuit dignitas proxima supernaturaliter a Deo diligibilis; quia vi dignitatis Sanctissimi Josephi Deus homo constitutus formaliter Filius Virginis pendens a suo consensu, atque Filius revera matrimonialis; et Joseph ideoque constitutus est Dei hominis Pater; sed cum paternitate, magis vera, quam paternitas naturalis, quia ipsa fuit revera paternitas supernaturalis.—*Jos*—Inter Mariam et Jesum datur unio vera naturalis; sed inter Joseph et Jesum datur unitas naturæ, licet non naturalis, matrimonialis tamen, et juridica.—*Eguiara*.—Ex corpore et carne Joseph, natus est Christus; quia corpus Mariæ fuit ipsius Joseph jure matrimoniali; quamvis ambo fuerunt Virgines omnibus diebus vitæ suæ.—*Ger*.—Fuit igitur Joseph Pater Jesu per suam voluntatem, per suam consensum, per suum virginitatem, atque Pater reputationis, curationis et nutritius.—*Jos*.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Tu divine Joseph, privilegio hujus divinæ paternitatis. *Auctoritatem habes præcipiendi omni creaturæ. ¶ In esse creato subsistenti in cælo et in terra. Auctoritatem. . . .

LECTIO II.

*Super omnes creaturas pulcherrimus est
—noster Joseph.—*

Ut aliquid nostri Josephi pulchritudinem infinitam agnoscamus, nobis sufficit dicere imaginem, sui divini Jesu fuisse, seu melius, Jesum Josephi imaginem, de quo dictum fuit: Speciosus forma præ filiis hominum. Et ut hanc ideam aliquid materializemus, ab stellati imagine seu pulchritudine cæli exemplum assumamus, nec non solis qui sua luce fulgente omnia illuminat, atque suo cum calore cuncta vivificat sive per suam formam, sive per suam pulchritudinem; exemplum etiam assumeremus a maris immensitate, omnibus cum varietatibus quæ nobis offert; a montium sublimitate; a viride pratorum atque vidirariorum florentium encausto, a pulchritudine earum rerum inaniamantium, tot venustarum, quot variarum, ab auro, a gemmis, a monile, ab adamante, a florum venustate, a jasmini rosa, a candido lilio, aliisque, milibus quæ Dei gloriam enarrant. Exemplum assumeremus ab omni regno animali, a conchis, a multorum colorum papilionibus, ab maris habitantibus, ab avibus canoris atque venustis, ab stupenda et quadrupedum admirabilifamilia, atque ad omnia hæc hominis jungeremus pulchritudinem. Sed omnes hæ multiplicatæ venustates usque ad infinitum, nullo modo obumbratam tantum ideam nobis dabunt pul-

chritudinis immaculati Josephi, dignissimi Mariæ Sponsi, et Jesu Patris. Uno verbo dicamus in perpetuum: super omnes creaturas, tum visibiles, tum invisibiles, pulcherrimus est noster Joseph.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Joseph typice Christi gestavit speciem. *Qui ad custodiam sanctæ cœlestiæ deputatus est. ¶ Qui non habet maculam neque rugam, ut sine macula originale conceptus. Qui ad. . . .

LECTIO III.

Emissiones Mariæ et Joseph paradisi.

Tum Josepho, tum Maria in eorum corde paradisi felicitas se reproducebat, felicitas quæ secum summa tranquillitas et summa pax præ se ferebat; summum gaudium, summamque beatitudinem. Ita Maria et Joseph paradisi erant, quoniam Deus, qui ipse est paradisi, inter illos descendere voluit, hominemque se facere. Proinde, si ratio exigebat, Filium Dei Matrem suam seligere, mulierem immaculatam a primo suæ conceptionis instanti, ita pari edocet ipsa ratio patrem suum selegisset, hominem qui una cum sua divina Sponsa, immaculatus atque sine peccato conceptus esse debuit. Nam absonum est, ut Pater Æternus, qui sanctitas est ipsa, per patres Satanæ famulos filium suum Unigenitum habere voluerit. Adeoque, corpora et animæ Mariæ et Josephi, sine peccati macula concepta, verus erant paradisi; et tantum sub hoc respectu considerati, juxta libros Sacros, efformare possimus pulchritudinis ipsorum rectam ideam. Sed si paradisi venustates, juxta Divum Paulum innenarrabiles sunt, ita quoque et adhuc amplius, Mariæ et Josephi venustates habentur.

numquamque verba existent, quibus ipsas debite proferamus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Maximum encomium resultat nostro divino Josepho ut custos Christi Domini. *Ipse Joseph est totius cœlestiæ protector. ⁊ Qui panem vitæ de cœlo servavit. Ipse....

—DIA 24 DE JULIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Ex quibus etiam licet intelligere, intercesisse inter Mariam et Joseph, et inter Jesum et Joseph singulare vinculum mutui amoris, ac perfectissimæ amicitiae, quæ intrinsece oriebatur ex dignitate et statu ad quem hic vir assumptus est.—*Suar.*—Amicitia mutua esse nequit absque utriusque dilecti amabilitate; ergo amabilitas S. Josephi tam a Maria quam a Jesu, oriebatur a Josephi dignitate et statu.

—*Eguiara.*— Sanctissimus Joseph constituto sua paterna dignitate, etiam precise a gratia est apud Deum prae reliquis sanctis intercessione potentior.

—*Eguiara.*— S. Josephi patrocinium efficacissimum et universalissimum attestatur, quæ a Deo accepit, charismata refert, magnopere exoptans, ut ab omnibus S. Patriarcha eximia devotione, suspiciatur et celebretur.—*Eguiara.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Potens est Joseph auxilium tuum ad salutem.

*Cum Filio tuo Jesu, cum Sponsa tua, Maria. ⁊ Et non indiges alio ad Deum intercessore. Cum....

LECTIO II.

Salvator mundi vocari debet Joseph immaculatus.

Juxta omnes Sanctos Patres, Doctoresque Ecclesiae, devotio erga Mariam Matrem nostram, praedestinationis signum est certissimum; nos, in diebus nostris, idem dicere possumus, quoad devotionem erga Sanctum Patrem nostrum Josephum, tum sua summa efficacitâ intercessionis ejus, tum quia Sancti Josephi devotio, inseparabilis est devotionis Mariae. Hæc potestas tam magna, tam singularis, tam extraordinaria, tam supernaturalis et tam divina, Sancto Josepho tantum pertinet, quia Pater est Jesu; et potestas, quæ præfigurata fuit, in potestate quæ in Ægypto Joseph filius Jacob habebat, nostri Josephi, figura. Alia ex parte, convenire debemus, ut multo magis Jesus secundum Josephum, quam Pharaon primum amabat. Et si Pharaon huic tantam dedit in regno suo potestatem, ita, et majorem Jesus illi potestatem in regno coelorum dedit. Et ut Filius Jacob domus sui aconomus fuit, omnis Ægypti terræ potens, qui in nomine suo et sua auctoritate omnia ad nutum ejus imperabat, omnes de fame salvando, et hac de causa Salvator mundi vocatus; ita immaculatus noster Joseph, cum auctoritate Jesu et Mariae agendo, omnes quot eum invocant in diebus, nostris salvat. Josephum ex toto corde nostro diligamus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ex divino Josepho Sponso cognoscimus B. V. Mariam. *Ejusdem substantiæ nobiscum fuisse. ⁊ Ut corpus Christi ejusdem esse Sponsus ejus. Ejusdem substantiæ....